



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvphrii Panvinii Veronensis Fratris Eremitae  
Augustiniani. De Praecipvis Vrbis Romae  
sanctioribusq[ue] basilicis, quas Septem ecclesias uulgo  
uocant, Liber**

**Panvinio, Onofrio**

**Romae, 1570**

De hospitalibus domibus Lateranensibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11316**

DE VII. VRBIS ECCL. 197

mea. Tu es firmamentum, et refugium meum, lumen et desiderium  
 meum, adiutorium, et patrocinium meum. Te deprecor, et rogo,  
 adiuua me, et saluus ero: gubernas me, et defende me  
 conforta et consolare me, confirmata et laetifica me, illuminas  
 et uisita me. Suscita me mortuum, quia factura et opus  
 tuum sum: domine ne despicias; famulus, et seruus tuus  
 sum, quemuis malus, indignus, et peccator. Sed qualiscumque;  
 sim, siue bonus, siue malus, semper tuus sum. Ad quem  
 ego fugiam, nisi ad te uadam? Si tu me evicias, quis me reci-  
 piet? Si iuu me despicias, quis me aspiciet? Et recognosce  
 me indignum ad te refugientem, quemuis sum vilis et immun-  
 dus, quia si vilis et immundus sum, potes me mundare: sa-  
 cucus sum, potes me illuminare: si infirmus sum, potes  
 me sanare: si mortus et sepultus sum, potes me resuscitare  
 quia maior est misericordia tua, quam iniquitas mea: maior  
 est pietas tua, quam impietas mea: plus potes dimittere,  
 quam ego committere: et propter parcere, quam ego peccator pec-  
 care. Non ergo me despicias domine, neque atredas multi-  
 tudinem iniquitatum meorum, sed secundum multitudinem miser-  
 rationum tuarum miserere mei, et propitius esto mihi  
 maximo peccatori. Dic animae meae, Salus tua sum. Qui  
 dixisti, Nolo mortem peccatoris, sed magis, ut uiuat et con-  
 uertatur; couerte me domine ad te, et noli irasci contra  
 me. Deprecor te, clementissime pater, per misericordiam  
 tuam supplico, et exoro, ut producas me ad bonum finem,  
 ad veram penitentiam, puram confessionem, et dignam  
 satisfactionem omnium peccatorum meorum. Amen.

De hospitalibus domibus Lateranensibus.

Ioannes Coluna nobilissimus ciuus Rom. presbyter Car. II. s.  
 Praxedes ate annos CCC. et LX. ab Honorio III. PP. creatus

N 3 hospitalis

## 198 ONUPHRIUS PANVIN.

hospitales domos ad Lateranum occidentem versus, suis  
opibus cum magnis redditibus in alimenta peregrinorū  
egenorumque hominum, cum singulari pietatis laude  
primus edificauit, quæ postea à diuersis Romanis ponti-  
ficibus, & Cardinalibus, Episcopisque auctæ, & insigni-  
bus prouentibus in dies in pauperum perpetuos usus lo-  
cupletatæ. Nuc S. Saluatoris hospitale vocatur, aliquot  
Romanorum ciuium cura, & protectione administratiū  
circum amplas ædes, et occidentem versus ædiculā cum  
ara habet ad conseruandam eucharistiam. In hospitali  
sunt satis ampla cubicula, & conclavia, & multorum  
pro ægrotis lectulorum capacia. Post ædiculam meri-  
diem versus extant custodum, & ministrorum hospita-  
lis magnificæ ædes, quæ habent multas iurisdictiones, &  
privilegia à Romanis pontificibus concessa. Huius hospi-  
talis custodibus ciuibus Romanis cura etiam commissa  
est ædiculae S. Laurentis siue Sancta sanctorum, in qua  
imago S. Saluatoris conseruatur. Ibidem coquina, tricli-  
nium, aromataria, penus, & omnia ægrotis necessaria,  
Hyeme paratur pro infirmis ad cxx. lectuli, æstate fere  
duplicantur pro maribus tantum, nam feminæ seorsum  
in alio conclavi manent ab masculorum hospitali separa-  
tæ in lectulis xxxij, qui & ipsi æstate duplicantur ob  
maiorem ægrotantium numerum. In eo etiam sunt me-  
dici, æditui, ministrique, prior, & priorissa infirmorum,  
xenodochi, custodes, guardiani duo. Mares à maribus,  
feminæ à fœminis ministris seorsum mira pietate guber-  
nantur. Ante hospitale septentrionem versus ultra for-  
mam aquæ Claudiæ, est cæmeterium, quem Campū San-  
ctum vocant, in quo sepeliuntur, qui diem suum in  
hospitali

hospitale obierint. Huius hospitalis societas est nobilium Romanorum sub appellatione S. Saluatoris. Res est püssima, & Christianis hominibus maxime digna: ibi enim pauperes omnes, & calamitosi, & egrotantes, summa cum pietate suscepti, tractati, & curati, necessarijs omnibus, dum viuunt, subleuantur.

De quinta ecclesia, & titulo S. Crucis in Hierusalem. Cap. v.



Constantinum Imperatorem decem ecclesias in urbe, & suburbis fabri casse, auctor est Damasus Papa in S. Silvestri vita. Haec fuerunt, sanctius Petri, & Pauli apostolorum, Lateranensis, S. Laurentij extra muros, S. Agnetis, SS. Marcellini, et Petri, S.

Martini in Montibus: Ostia, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & Ioannis Baptiste Albae, S. Ioannis Baptiste. Et hanc, de qua nobis sermo est institutus, sanctae Crucis in Hierusalem, in antiqui atrii Sessoriani (cuius adhuc multa vestigia extant) parte, in imis esquilis propea phtheatrum castrense. Quae porro causa fuerit huius basilicæ construendæ, breui aperiam. Cum religiosissimus Imperator Constantinus aduersus Maxentium tyrannum, qui urbis Romæ ui Imperium occuparat, bellum ciuale pararet, atque exercitum ducere; erat quidem iam religionis Christianæ fautor, verique dei venerator, patris Constantij p̄i Imperatoris exemplo per motus, quem Christianorum studiosum fuisse constat.

N. 4 nondum